

JUNE 26, STS. JOHN & PAUL, MARTYRS

Errors? help@extraordinaryform.org

Sts. John and Paul were both Christian officers in the army under Julian the Apostate. They suffered martyrdom in their own house, on the Crellan Hill. They spent ten days allowed them to deliberate about renouncing their devotion to Christ in distributing all their goods to the poor. The fact that, unlike other martyrs who were buried outside the walls, they had their place of burial in the very heart of the Eternal City, was looked upon by the early Christians as a special honor granted to them and to Rome by Divine Providence. Archeological discoveries have fully confirmed the truth of the Acts of their martyrdom. Their dwelling-house, the place of their execution, the graves, and important paintings have been brought to light. The two brothers when on earth possessed one home and one Faith, and now in heaven possess the same immortal crown.

INTROIT Psalms 33: 20-21

Multæ tribulationes justórum, et de his ómnibus liberávit eos Dóminus: Dóminus custodit ómnia ossa eórum: unum ex his non conterétur. (Ps. 33: 2) Benedícam Dóminum in omni témpore: semper laus ejus in ore meo. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Multæ tribulationes justórum, et de his ómnibus liberávit eos Dóminus: Dóminus custodit ómnia ossa eórum: unum ex his non conterétur.

COLLECT

Quæsumus, omnípotens Deus: ut nos gemináta lætítia hodiérmæ festivitátis excípiat, quæ de beatórum Joánnis et Pauli glorificatióne procedít; quos eadem fides et pássio vere fecit esse germános. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

LESSON Ecclesiasticus 44: 10-15

Hi viri misericórdiæ sunt, quorum pietátes non defuérunt: cum semine eórum permanent bona, heréditas sancta nepótes eórum, et in testaméntis stetit semen eórum: et filii eórum propter illos usque in ætérnum manent: semen eórum et glória eórum non derelinquétur. Córpora ipsórum in pace sepúlta sunt, et nomen eórum vivit in generatióne et generatióne. Sapiéntiam ipsórum narrent pópuli, et laudem eórum núntiet Ecclésia.

GRADUAL Psalms 132: 1-2

Ecce, quam bonum et quam jucúndum, habitáre fratres in unum! Sicut unguéntum in cápite, quod descéndit in barbam, barbam Aaron.

LESSER ALLELUIA

Allelúja, allelúja.. Hæc est vera fratérnitas, quæ vicit mundi crímina: Christum secúta est, inclita tenens regna coeléstia. Allelúja.

GOSPEL Luke 12: 1-8

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Atténdite a ferméto pharisæórum, quod est hypócrisis. Nihil autem opértum est, quod non revelétur: neque abscondítum, quod non sciátur. Quóniam, quæ in ténebris dixístis, in lúmine dicántur: et quod in aurem locúti estis in cubiculis, prædicábitur in tectis. Dico autem vobis amicis meis: Ne terreámini ab hjs, qui occídunt corpus, et post hæc non habent ámplius quid fáciant. Osténdam autem vobis, quem timeátis: timéte eum, qui, postquam occiderit, habet potestátem míttre in gehénnam. Ita dico vobis: hunc timéte. Nonne quinque pásseres véneunt dipóndio, et unus ex illis non est in oblivióne coram Deo? Sed et capílli cápitis vestri omnes numeráti sunt. Nolíte ergo timére: multis passéribus pluris estis vos. Dico autem vobis: Omnis, quicumque conféssus fúerit me coram homínibus, et Fílius hóminis confitébitur illum coram Angelis Dei.

OFFERTORY Psalms 5: 12-13

Gloriabúntur in te omnes, qui díligunt nomen tuum, quóniam tu, Dómine, benedíces justo: Dómine, ut scuto bonæ voluntátis tuæ coronásti nos.

SECRET

Hóstias tibi, Dómine, sanctórum Martyrum tuórum Joánnis et Pauli dicátas méritis, benígnus assúme: et ad perpétuum nobis tríbue proveníre subsidium. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Wisdom 3: 4-6

Et si coram homínibus torménta passi sunt, Deus tentavit eos: tamquam aurum in fornáce probávit eos, et quasi holocáusta accépit eos.

POSTCOMMUNION

Súmpsimus, Dómine, sanctórum Martyrum tuórum Joánnis et Pauli sollémnia celebrántes, sacraménta coeléstia: præsta, quæsumus; ut, quod temporáliter gérimus, ætérnis gáudiis consequámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Many were the afflictions of the just, and out of all these the Lord delivered them: the Lord keepeth all their bones, not one of them shall be broken. (Ps. 33: 2) I will bless the Lord at all times: His praise shall be ever in my mouth. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Many were the afflictions of the just, and out of all these the Lord delivered them: the Lord keepeth all their bones, not one of them shall be broken.

We beseech Thee, O almighty God, that the double joy of this day's festival, which proceedeth from the glory of blessed John and Paul, kindred through the one faith and the one martyrdom, may take possession of us. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

These are men of mercy whose godly deeds have not failed. Good things continue with their seed; their posterity are a holy inheritance, and their seed hath stood in the covenants; and their children for their sakes remain forever: their seed and their glory shall not be forsaken. Their bodies are buried in peace, and their name liveth unto generation and generation. Let the people show forth their wisdom, and the Church declare her praise.

Behold how good and how pleasant it is for brethren to dwell together in unity. It is like the Precious ointment on the head, that ran down upon the beard, the beard of Aaron.

Alleluia, alleluia. This is the true brotherhood which overcame the wickedness of the world: it followed Christ, attaining the noble kingdom of heaven. Alleluia.

At that time, Jesus said to His disciples, Beware ye of the leaven of the Pharisees, which is hypocrisy. For there is nothing covered that shall not be revealed; nor hidden, that shall not be known. For whatsoever things you have spoken in darkness, shall be published in the light; and that which you have spoken in the ear, in the chambers, shall be preached on the house-tops. And I say to you, My friends, be not afraid of them who kill the body, and after that have no more that they can do. But I will show you whom ye shall fear: fear ye him who after he hath killed, hath power to cast into hell. Yea, I say to you, fear him. Are not five sparrows sold for two farthings, and not one of them is forgotten before God? Yea, the very hairs of your head are all numbered. Fear not therefore; you are of more value than many sparrows. And I say to you, whosoever shall confess Me before men, him shall the Son of Man also confess before the angels of God.

All they that love Thy name shall glory in Thee, for Thou, O Lord, wilt bless the just: O Lord, Thou hast crowned us, as with a shield of Thy good will.

Graciously receive, O Lord, the sacrifices consecrated to Thee for the merits of Thy saints, John and Paul, and grant that they may profit for our everlasting help. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Though in the sight of men they suffered torments. God hath tried them: as gold in the furnace He hath proved them, and as a holocaust He hath received them.

We have partaken of Thy heavenly sacrament, O Lord, celebrating the feast of Thy holy martyrs John and Paul; grant, we beseech Thee, that what we do in this life may have its consequences in everlasting joys. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.